



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Sectio III. De excommunicatione in specie & in primis de illa, quæ jure  
decreta est, ob percussionem Clerici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

lem tali delicto positam ab Ecclesia, non videatur incurri excommunicatio, aut censura ab eo, qui contra tale jus prohibens agit, cum in tali casu non sit inobediens, aut contumax talis contra Ecclesiam, ad quam tamen contumaciam impediendam latè sunt censuræ; aut ullam censura notitiam habeat, quo posset per eam deterrire à delicto tali committendo: quin in modo vincibilis etiam ignorantia, sive juris illa sit, sive facti, sive pœnae, quamvis mortaliter culpabilis sit, dummodo non sit crassa aut supina, vel affectata, excusat à censura cap. 2. de consit. in b. quamvis enim talis ignorantia, à transgressione legis non excusat, excusat tamen à pœna incurrienda, quae perfectam contumaciam supponit, prout supponunt censuræ.

Metus denique, si excusat à transgressione præcepti Ecclesiastici, quamvis pœnitentia talis contra legem divinam aut naturalem, excusat etiam à censura incurrienda, cum in tali casu taliter delinquens non sit contumax contra Ecclesiam, & consequenter nec censuram in contumaces latam incurret.

### SECTIO III.

*De excommunicatione in specie & in primis de illa, quæ jure decreta est, ob percussionem Clerici.*

#### S. I.

*Quanam in jure Canonico statuta sint circa percussionem Clericorum?*

**I**N Canone si quis fraudente 29. caus. 17. q. 4. statuitur, ut si quis in Clericum

vel monachum manus violentas injectet, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum illum praesumat absolum, nisi urgente mortis periculo, donec Apollinico conspectui praesentetur, & ejus mandatum suscipiat: sicuti autem sub generali acceptione: si quis: omnes generatim personæ veniant dolce capere & baptizati, viri & feminæ, nobilita & plebejæ, magni & parvi &c. sic sub nomine Clerici etiam illi intelliguntur, qui primâ tonsurâ sunt initiatæ, & sub nomine Monachorum comprehendantur omnes religiosi utriusque sexus, viam conversi & converte, Novis &c. cap. religioso 21. §. quare in b. h. t. & sic ut per modum violentias injecterit intelligitur quæsita delicto externa, & corporalis iniuria seu injuriola, sive manibus sive aliis membris, sive fuste sive gladio facta sit, ita debet illa etiam quodlibetatem violentiam graviter esse injuria clerici, & mortaliiter mala, sive delictaque facta sit in ipsam personam Clerici vel Monachi, sive in res ipsa adherentes, tum quod per censuram non tam actio interior, peccata scilicet intentio, qua non cadit sub forum exterrum Ecclesiæ, quod a delicto exterior puniatur, non quod per injustam etiam detencionem ipsius Clerici, aut equi, cui insidet, vel per violentiam reptionem reium illi obstatuum &c. merito censentur violentie manus in clericum v. g. injectæ, prout etiam colligitur ex cap. nuper 29. h. t. quamvis Clericus ipse in hac violencia sibi factam consenserit, cum non possit privata persona utiliter cedere privilegio in favorem totius ordinis Clericalis consilio

cesso cap. contingit 36. b. t. ubi etiam talis hic consentiens excommunicandus dicitur. Et quamvis alia censura latera contra facientes extendenda non sint ad mandantes, cooperantes &c. in c. ramen mulieres 6. §. illi vero b. t. ad mandantes etiam, consilientes &c. hæc canonis excommunicatione extenditur (nisi congruo tempore mandatum revocasset mandans, aut consulens non influxisset) & in cap. cum qui 23. b. t. in 6. etiam ad tatihabitentem saltem positæ ratificationis; & in cap. quante 47. b. t. ad eos etiam, qui cum ex officio & justitia teneantur impedire percussionem clerici, hanc tamen non impediunt, quia tales interpretantur jura favere delinquentibus, qui manifesto scinorū, cum possint, desinunt obviare.

## §. II.

Quis possit absolvere ab excommunicatione canonis, ab percussione Clerici vel Monachis?

Uxtra relatum can. si quis staudente, nemo potest ab excommunicatione ob percussionem Clerici v. g. absolvere, nisi Summus Pontifex, si gravis velenomis illa fuit, considerando non tantum percussionem, quæ notabilem corporis maculam afferit, vel fit cum mutilatione, laceratione carnis, aut immo- diaca pilorum evulsione, sanguinis effusione &c. sed considerando etiam circumstantias personarum, loci, temporis, percussoris &c. Excipiuntur ramenta communia hac regula calus aliqui, in qui-

bus etiam Episcopis conceditur absol- vendi potestas à tali excommunicatione. Primo si mortaliter illa quidem mala fuit, levior tamen tantum manu v. g. ex- porrectâ, cum modicæ sanguinis effusione &c. e. pervenit 17. b. t. Secundo si ostia- riæ potestatis alicuius, non autem si of- ficialis ipse, prætexu officij clericum malitiosè percusserit (nisi forte eum gra- viter vulneraverit) potest ostiarior ab E- piscopo absolviri (quia percussio illa fortasse contigit calu fortuito, vel solùm moderamen excessit talis) non autem officialis, cui nulla in clericum jurisdi- ctio competit cap. si vero 3. b. t. Tertio si Monachi vel Canonici regulares se in- vicem in claustrō percusserint, per Ab- batem suum absolviri possunt, modo non sit enormis percussio cap. Monachi 2. b. t. ut ne talibus detur occasio extra clausuram vagandi: quæ licentia absolvendi Abbatibus concessa in cap. cum il- lorum 32. b. t. §. nos igitur. extenditur etiam ad illos regulares, qui in excom- municationem, ob percussionem Cle- ricis regulatim inciderunt, ante ingressum religionis (in favorem scilicet religionis) & ad comedantarios hospitalis S. Joannis Jerosolymitani in cap. Canonica 50. b. t. qui à suo Priore absolviri possunt, nisi ex circumstantiis variis enor- mis fuerit talis per- cussio.

• 8(0) 500

Nun nn 2.

§. III.

## §. III.

*De nonnullis casibus, in quibus  
percutiens Clericum vel Monachum  
excommunicationem canonis  
incurrit?*

**P**rimò qui Clericum sibi vim inferentem vi repellit in continentia, non incurrit canonis excommunicationem, quia vim vi repellere omnia jura permitunt, cap. si verò 3. §. si verò clericum h. t. Secundò non incurrit hanc excommunicationem Prelatus, aut Magister, correctionis causâ percutiens Clericum, vel Monachum sibi subiectum, seu discipulum; vel qui percutit Clericum cum uxore sua, matre, filia vel sorore turpiter agentem, ob justam causam doloris ab excommunicatione excusantis, modò percutiant in continentia, vel si impuberes Clerici se invicem percutiunt, qui nondum plenum usum rationis habent, vel si adultiores etiam Clerici per jocum; aut ludendo inter se percutiunt, quia in tali casu nullum peccatum intervenit.

## §. IV.

*In quibus casibus Episcopus Diaconus possit absolvere ab excommunicatione contractâ ob percussionem Clerici?*

**P**ropter ea, quæ §. 2. dicta sunt, conceditur etiam potestas Episcopis absolvendi ab excommunicatione ob Clerici percussionem, in articulo mortis, ubi nulla reservatio locum habet, iuxta Trident. Sess. 14. cap. 7. &c. hinc in talica causa simplex etiam sacerdos absolvere pos-

test à censura, si Episcopus adiungopos-  
fit. Secundò rescribitur cap. et refut.  
13. h. t. Clemens III. quod mulieres, ho-  
nes, infirmi, membris deficti, seu mili-  
lati, propter abolitionem ab hac excom-  
municatione obtinendam, non senti-  
tur Romam excurrere, cum hoc vel  
istas personæ non decet, vel illi im-  
possible sit, sed ab Episcopis fuit absol-  
vi possint, facta prius convenientia/la-  
faktion, & si in infirmitate politi, ab-  
soluti fuerint, præstico iudicamento de-  
stendo se, ubi convaluerint, sanificari,  
vel ejus Legato, mandata illorum exti-  
pturi, ne reincident scilicet in eundem  
excommunicationem, prout in eis cap.  
statuitur. Tertiò Romam excurret  
non debent, propter abolitionem ob-  
tinendam, qui non sunt sui juris, ut servi  
servi, mancipia &c., vel sunt valde delicata  
personæ, ut nequeant laborem eundem  
Romam &c. in se suscipere &c. qd  
omnes ab Episcopo absolvi possunt; ci-  
jus est etiam judicare de potentia eundem  
Romam &c. cap. Mulieri h. t.  
Quartò inter eos, qui excularunt ut  
Romam pro obtinenda absolucione,  
numerantur etiam pauperes in cap. quod  
de his 26. h. t. nisi mendicando dilectum  
venire possint Romanum, & talis mendi-  
catio illis consueta sit. Quintò iuxta  
cap. de cetero 11. h. t. excusat potest  
ab itinere hoc Romano quodlibet im-  
pedimentum, quod non permittit sine  
periculo ire Romanum, quo in causa, ut  
& pluribus alijs, qui videri possunt apud  
Auth. Method. tam hic quam sequenti-  
bus. §§. ubi etiam latice influerunt, quia  
modus in talibus absolvendis, si im-  
pedit.

pedimentum perpetuum non sit, sit alij fidèles non excommunicati cum his communicate, si velint, licet possint.

#### SECTIO IV.

De excommunicatis vitandis, vel non vitandis, & prohibita vel concessa cum eis communicatione.

##### §. I.

Quinam excommunicati sint vitandi, vel non vitandi.

**D**E jure antiquo omnes excommunicati major excommunicatione vitandi sunt, tam in divinis, quam profanis, ita ut cum illis nulla communicatio liceat, cap. cūm non ab homine 14. h. 2. & cap. nulli 8. codem, ac cap. cum & plantare 3. §. excommunicatos de privilegiis, post Concilium tamen Constantiense, ne nimia vitiorum multitudo difficilem faciat conversationem inter homines, duo tantum sunt genera excommunicatorum, qui vitari debent, publicè scilicet excommunicati, & denunciati, ac notorij clericorum percussores, qui in excommunicationem canonis, si quis suadento incident (prout probatur ex constitutione Concilii Constantiensis ad evitanda &c. ex qua constitutione etiam habetur, quod per eam nullus favor sit factus ipsis excommunicatis, quasi ad communicaendum cum non excommunicatis ingenerere se possint sine peccato, sed quod

Qua persona, & ob quas causas excusentur, ut licet possint communicare cum excommunicato non tolerato, seu vitando?

**C**AUSÆ, ob quas cum excommunicatis etiam non toleratis communicatione liceat, hoc vericulo comprehēduntur: *Vtile, lex, humilitas, resignata, necesse:* ita ut communicationem permittat. Primi, Utilitas sive communicantis sive excommunicati, tam temporalis, quam spiritualis cap. Responso 43. h. 2. Secundi, licitam hanc communicationem facit lex, matrimonialis scilicet, can. *Quoniam multos 10. caus. 11. q. 3.* ubi abolitur asterrit uxorem cum marito excommunicato communicare posse. Tertiò, licitam hanc communicationem facit humilitas subjectionis, ita ut qui alicui subjiciantur, possint eidem communicare, quamvis vitandus ille excommunicatus esset, cū excommunicatio non tollat obedientiam debitam; & hinc liberi, sive naturales, sive adoptivi sint, possunt cum suis parentibus, quamvis excommunicati vitandi sint, communicate; servi, famuli, ancillæ, ac villici, cum suis dominis (saltem si ante excommunicationem ad eorum obsecrauerint, erant) Clerici, qui sunt de familia Episcopi, cum hoc suo Episcopo, si excommunicatus vitandus sit; religiosi cum suo Prælato, &c. non quidem

Nnn nn 3

in